

VII

PROMISSIO ET COMPROMISSUM

1248 giugno 29, Grosseto

I Grossetani aderenti alla *pars* guidata da Ildebrandino di Rolando *Pedisvaccie* stipulano un compromesso, rimettendo negli arbitri senesi le controversie sorte con altri cittadini di Grosseto membri della *pars* capeggiata da Ermanno di Mazzagallo.

Originale, ASS, *Diplomatico, Archivio Generale*, 1248 giugno 29 [c. 84].

Regesto: A. LISINI, *R. Archivio di Stato di Siena. Inventario delle pergamene conservate nel Diplomatico dall'anno 736 all'anno 1250*, Siena 1908, p. 358.

In Dei nomine eterni amen. Ad honorem Dei et beate Marie semper virginis et omnium Sanctorum et Sanctorum Dei et ad honorem et augmentum domini nostri serenissimi Frederigii imperatoris, nos dominus Ildibrandinus, Albertus quondam Rolandi Pedisvaccie, Thomasius Gerardus, Alamannus Belotti, Dicevole Ranuccini Tieçii, Ranuccius Mosbelle, Farinellus faber, Ranerius de Aretio, Ricobonus barberius, Benensegna faber, Pepo domini Amadoris, Guido de Grassa, Bernardinus Bernocii, Ioachinus, Durellinus, Alexius et Belioctus filii dicti Alamanni cum consensu et voluntate dicti Alamanni patris nostri presentis, Amedeus Ghichi, Borestaurus porcailolus, Gualcherinus calçolarius, Ranerius Flor[entinus], Gualfreduccius Guidonis Fiochi, Lambertuccius Baliesii et Bonfiolus de Orgia civis Grosseti pro nobis et¹ [omnibus] et singulis de parte et pro parte nostra de Grosseto et omnibus aiutatoribus et fautoribus nostris de Grosseto promittimus et compromictimus in vos dominos Orgese Mainetti, Bonafidanza Renaldi Ranerii cives Senenses ambasciatores potestatis et communis Senarum recipientes pro potestate et consilio communis Senarum de omnibus litibus et contraversiis que vertuntur vel verti videntur inter nos ex parte una et dominos Hermannum Maçagalli, Gerardum Bentivegne, Venutum Flor[entinum], Guidonem Salvi, Bencivennem Negatelli, Bindum Guidi, Gottifredum domini Angelerii, Benem Iohannis Landini, Gratianum Bentivegne, Iacobinum Ildibrandini Christiani, Benenatum Bentivegne, Tancredum Uguiccionis, Diedatum Iohannis Landini, Burnettum Venuti, Iacobinum Valdegraine, Gallum domini Hermanni, Pieruccium generum Mantucii, Borestaurum Bonamichi, Ioseppum Richolfii et Tiderium calçolarium, Mantuccium Alberti Voçi, Donum Falabusche, Ildibrandinum Bencivenne Negatelli, Micus Uguicionis, Bonacursum Coscium, Ranuccinum Bentivegne, Passamontem Plebanelli, Uguicionem de Roccha, Cervonus Bentivegne, Bonensegna de Rocastrada, Martinellum fabrum, Guillelmum Frederigii, Ranuccinum fabrum, Rolandum de Montemassi, Venturam Agnelle, Bonacursum Signorecti, Ardengum Acorsi Sordi, Rolandum Baralle, Nicholam Cambii, Albertinuçcum Baschieri, Michelem de Massa, Bernardum Benencase Bartali, Guidonem Ardenghi, Bonacursum Caroccium, Bonaiutum Citadine, Maffeum Benencase Barilis, Bonacursum Botri, Borestaurum Ciciliani, Bonacursum Çuchetti, Bonacursum Venuti, Plebanellum Petri Salvi, Albertum Iohannis Mosche, Orgesem calçolarium, Dietavivam Albertinuçci, Bonaventura Longum, Sansonem Salvi not[arii], Dietisalvum çocholarium, Bencivennem fornarium, Voçum Ponçetti, Bernardinum Iohannem Mosche, Ranuccium Caçette, Manettum de Gello, Ildibrandinum Salvi et Dietavivam Plebanelli et omnes alios de parte et pro parte eorum ex parte altera de iniuriis, offensionibus et maleficiis inter nos et ipsos commissis et factis in rebus et personis dicto vel facto et alio quocumque modo inter nos et ipsos et eorum parte et aliquos nostros de parte et pro parte nostra, tamquam in arbitros, arbitratores, laudatores, diffinitores et amicos comunes in omni eo quod dicte potestati Senarum cum consilio dicti communis Senarum toto vel maiori parte consilii predicti communis per se vel syndicum seu ambasciatores placuerit inter nos de predictis² generaliter

¹ Segue guasto nella pergamena.

² Segue de predictis.

et specialiter arbitrari, laudare, diffinire et amicabiliter componere, pronuntiare, precipere et terminare partibus citatis vel non citatis, partibus presentibus vel absentibus, una presente et altera absente, volentibus vel contradicentibus sive una volente et altera contradicente, die feriato vel non, cum scriptura vel sine in scriptura, iuris ordine servato vel non, semel et plures sedendo vel recto stando et alio quocumque modo et hoc omnia et singula suprascripta per nos et heredes nostros et omnes de parte et pro parte nostra vobis supradictis dominis Orgese et Bonafidanza ambasciatoribus potestatis communis Senarum recipientibus pro dicta potestate et consilio dicti communis promittimus et convenimus adtendere et servare et obedire omni laudo, arbitrio, definitioni, precepto et mandato facto vel lato a dicta potestate cum consilio toto vel maiori parte consilii communis Senarum vel a syndico seu ambasciatoribus institutis a dicta potestate cum consilio dicti communis Senarum toto vel maiori parte sub pena mille marcarum boni et puri argenti bene ponderati pro parte nostra et sub pena C marcarum boni et puri argenti pro quolibet homine et persona et auctore et fauteure nostro de Grosseto, quam penam vobis supradictis ambasciatoribus pro comuni Senarum recipientibus solvere promittimus si omnia et singula supradicta non observaremus et contra veniremus et pena soluta vel non hec omnia et singula supradicta in sua firmitate perdurent. Item nos supradicti de parte supradicta promittimus et convenimus nostro proprio et privato nomine per nos et heredes nostros vobis supradictis ambasciatoribus predicto modo recipienti nos facturos et curaturos ita quod omnes illi homines et persone de Grosseto de parte et pro parte nostra quos et quas volueritis et nominaveritis omnia et singula supradicta firmabunt et iurabunt et satisdabunt et compromictent ut superius per nos est compromissum et sub eadem pena predicto modo solvenda ad requisitionem vestram vel potestatis et consilii communis Senarum, obligamus nos in predictis omnibus omnia et singula nostra bona presentia et futura iure pignoris vobis supradictis ambasciatoribus recipientibus pro comuni Senarum ut dictum est, que omnia in totum constituimus nos nomine dicti communis Senarum et precarie possidere. Renuntiantes exceptioni non facte promissionis, compromissionis et concessionis, fori privilegii, doli et infactum, condictioni indebiti et sine causa et omni iure et legum auxilio; preterea nos supradicti tactis sacrosanctis Dei evangeliis iuramus omnia et singula suprascripta et promissa observare et actendere et obedire et contra non facere vel venire aliquo modo vel ingenio. Actum Grosseti in refectorio canonicorum, presentibus Ventura Mappoli, Lupo Ugolini Lupicini, Renaldo Ildibrandini de Monterondoli, Turchio Iacobi Saracini, Castellano Ambrosii et Rubeus Sen[ensis] ad hec vocatis et rogatis testibus sub anno Domini millesimo CCXLVIII, inductione VI, die II exeunte mensis iunii. (SN) Ego Bonaventura³ auctoritate imperiali notarius filius quonam Ranuccini de Senis predictis omnibus interfui et ut supra legitur rogatus scripsi et publicavi rogatus.

³ Bonaventura corretto su Bonaventura con espunzione di va.